

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi  
Parisiensis. Sententiārvm Libri IV. quibus vniuersæ  
Theologiæ summa continetur**

**Petrus <Lombardus>**

**Mogvntiæ, 1632**

Quid illæ partes significant. F

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38829**

sus: nec quando manducamus, partes de illo facimus, & quidē in sacramento sic fit. Itē, Norunt fideles quomodo manducent carnē Christi: vnuſ quisq; accipit partē suam: vnde & ipsa gratia partes vocātur. Per partes manducatur, & manet integrus totus: per partes manducatur, in sacramento, & manet totus integer, tot⁹ in cœlo, manet totus in corde tuo. Ideo illa dicuntur sacramēta, q̄a in eis aliud videtur, & aliud intelligitur: videtur panis & calix, quod & oculi renunciant quod a fideis instruenda postulat, panis corpus Christi, calix & sanguis. Ex his datur intelligi, quod fractio & partes, quæ ibi videntur fieri, in sacramento sunt, i. in specie visibili. Ideoq; illa Berengarij verba ita distinguenda sunt ut sensualiter non modo in sacramēto, sed in veritate dicatur corp⁹ Christi tractari manib; sacerdotū: frangi vero & arteri dentibus, vere quidē, sed in sacramēto tantū. Vera ergo est ibi attritio & partitio: Sed in singulis partib; totus est Christus. Vnde Hier. Singuli accipiunt Christū Dñm, & in singulis portionib; totus est: nec per singulas minuitur, sed integrū se præbet in singulis. Itē Hilar. Vbi pars est corporis ibi est & totum.

*Quid illæ partes significant.*

G'off. ord.

1. Cor. II.

Accipite &  
manducate.

Ambr. ad il-  
lud 1. Cor. II.

Quid a. partes illæ significant, Sergius Papa tradit inquiens. Triforme est corpus Christi. Pars obliquata, in calicē missa, corpus Christi, quod iam surrexit, monstrat: pars comesta, ambulantem adhuc super terram: pars in altari usque ad finem missæ remanens, corpus iacens in sepulchro significat: quia usq; in finem seculi corpora sanctorum in sepulchris erunt. Et sicut partes illæ mysticā tenent significationem, ita etiā & fractio, passionis Christi & mortis est repræsentatio. Vnde ipse ait, Hoe facite in meam commemorationem, i. in memoria passionis & mortis meæ. Nam ut ait. Ambr.

Quia in morte Christi liberati sumus, huius in e-  
dendo

dendo & bibendo carnem & sanguinem, memores esse debemus. Sed caueat quisque ne indigne percipiat, quia iudicium sibi māducat. Non enim est iste panis, qui vadit in corpus, sed panis vita eternæ, qui animæ nostræ substâtiā fulcit. Sic ergo viue, ut quotidie merearis accipere, nec accedas indignus. Indignus est, qui aliter celebrat mysterium q̄ Christus tradidit, vel qui habens mortale peccatum accedit. Ergo et si sunt peccata quotidiana, ut nō sint mortifera, ante q̄ accedas dimittē debitoribus tuis. Si dimittis, dimittetur tibi: & sic securus accede. Panis non salutaris est, nō venenum. Si ita accedis, spiritualiter manducas. Spiritu ualiter non manducat, qui innocentia ad altare portat.

*Si illud sit sacrificium, & si semel immoletur Christus.*

Post hæc quæritur. Si quod gerit sacerdos, propriocatur sacrificium vel immolatio: & si Christus quotidie immoletur, vel semel tantum immolat⁹ sit? Ad hoc breuiter dici potest, illud quod offertur & consecratur à sacerdote vocari sacrificium & oblationem? quia memoria est & representatio veri sacrificij, & sanctæ immolationis factæ in ara erucis. Et semel Christus mortu⁹ in cruce est, ibiq; immolatus est in semetipso: quotidie autem immolatur in sacramento, quia in sacramento recordatio fit illius, quod factum est semel. Vnde Aug. Cerrum habemus quia Christus resurgens ex mortuis iam non moritur, &c. tamen ne obliuiscamur, quod semel factum est, in memoria nostra omni anno fit, sc. quotiens pascha celebatur. Nunquid totiens Christus occiditur? sed tantum anniversaria recordatio representat, quod olim factum est: & sic nos facit moueri, tanq; videamus Dominū in cruce. Itē semel immolatus Christus in seipso, & tamen quotidie immolatur in sacramento. Quod sic intelligendum, quia in manifestatione corporis, & distinctione membrorum se-

Mortelli  
Domini n̄  
comentarii  
Am c. 4. l. 7.  
de sacr. ad  
medium.

*Ad Heb. 7.*

*Aug. p. pref.*

*in 2. exposit.*

*Fsal. 11. de*

*conf. dist. 2.*

*cap. semel*

*Christus.*

*An. ep. 13 ad*

*Bonifacium.*

*Lanfranc.*

*in responsio-*

*ne 11. ad obie-*

*tionem Be-*

*rengarii.*

*mel*